

quidē locum denotat. Est itē, heri, pridē, hodie, cras, & reli-  
qua id genus, quæ ad Quando conuerterunt, quod tempus  
significat. Sub hæc æt accumbere, stare, sedere, quæ ad situm  
esse trāsmiserūt: sicut esse autē huiusmodi est corporis collo-  
catio. Tum uestitū esse, armatū esse, anulūq; gestare occur-  
runt: quæ ad Habere trāstulerunt: habere enim est naturæ citæ  
eaturæ collocatio. Deinceps uerberare, calefacere, refrige-  
rare obtingunt: quæ ad Agere promouerunt. Postremo cum  
dealbari quædā ac cædi uiderēt, ad Pati e redegerunt, quod  
quidē nihil aliud est quam ab altero cōmutari: quemadmo-  
dum efficere in re quapiā uersari, studiumq; atq; operā in ea  
ponere. Q uocirca decem hæc demū in uenierunt cōmū-  
nitates collegerunt, Essentiam, Q uantitatem, Q ualitatem, ea  
quæ Cum aliquo conferuntur, Vbi, Q uando, Sicut esse, Ha-  
bere, Agere, ac Pati. itaq; res omnes in harum cōmunitatum  
aliquā eorum. Categorias autē eas Græci ideo nuncuparunt,  
quod in eorum quæ sub ipsas subiecta sunt aliquo dicātur.  
Has ergo Categorias Aristoteles tradidit, in quarū explica-  
tione quarundā etiā uocū nobis non usitatarū quæq; ab usu  
quotidiano, & populari dicendi consuetudine procul abhor-  
rent mentionē inieci, Generis, Speciei, Differentiæ, Proprii,  
& Accidētis. Humanitas ergo atq; ut philosophum docet  
agens Porphyrius, hunc libellū cōfecit, quod quid quæq; de-  
bet designat exponit: ut his autē perceptis, quæ ab Aristotele de  
Categoriis tradita sunt, facilius spiciamus. Atq; hoc quidē  
est Porphyrii institutū. Hunc autē libri introductionis nomē  
non inscripsit, quia uia quædā est ad Philosophiā uniuersam.  
Nam reliquis commentariis omnibus qui sunt de differēdi  
ratione instituti Categorias præponitur, atq; has ipsas intro-  
ductio antecedit. Quod uero philosophi in rebus omnibus  
effecerunt (reducerunt enim omnia ad primas cōmunitates  
decem, ut nihil planē sit quod non sub unam earum aliquam  
eadat) id ipsum Grāmatici in uocibus præstituerunt. Cui enim  
uellent infinitā uocū multitudinē uia, atq; uia cōsensatione  
naturæ cōstringere, quædā ad nomina, alias ad uerbi classes  
redegerunt: atq; ita suas illas octo orationis partes expleuerunt.  
Sic Porphyrius uocæ omnes significatione præditas,  
præter indiuidua quis ipsa quoq; significat, quinario nume-  
ro circūclūsit: sub quo omnes quæ significant, reducurunt.  
Ac de Philosophiā quidē & eius partibus, & quæq; habet  
perfectiōne, satis multa dicta sunt. Sequitur ut de his quæ Phi-  
losophis *πρωτογενεια προτερηλογισμους τῆ παλαιῆς βιβλίας ἀρι-  
πελλανται*, quæq; nostri: qui hæc forte tradant, præfationes  
uocare sunt (soluti, dicēdi esse uideatur. Ea autē sunt huiusmo-  
di, institutū, utilitas, opus legitimum, ordo, inscripctionis causa,  
partitio in hæc, præceptiōnis docendiq; modus & ad aliq;  
partē relatio. Capit autē sibi præfanda constituerunt, nō quod  
redundans quicquā, & ad reliquis artibus alienū sint cōmentū:  
sed ut acrius auditores animarent, ardētiorēq; discendi stud-  
io incenderent. Siquis enim quidpiam legat operisq; igno-  
ret propositū, remissa ac uelut fopita alacritate medio in cur-  
su concidet: eodemq; modo hallucinabitur, ut uiatores qui  
longā uia, eaq; sibi incognitā ingressi, nonnunquā uehemen-  
ter aberrare solent: eam igitur ob causam libri tradunt institū-  
tum ac docent. Vt enim uero nō cōtinuū qui institutū ratio-  
nē nouerit, propensio animo in aliqūd opus incūbet, ni prius  
quidē inde sit percepturus fructū intelligat, atq; idcirco utilitatē  
tem iure exponunt. Itā uero quanquā hæc perspeximus, hæc  
remus tamen ac de ipsa utilitate diffidimus, nisi ueteris iustū  
esse opus persuasum habuerimus, eius quæ eruditione præ-  
stare fuisse nouimus, ut Aristoteles, aut Plato. Oia, n. quæ  
ab illis literariū tradita sunt monumentis uia esse credimus,  
idcirco sit'ne genuinum opus quærimus. Quibus sanē intel-  
lectūs quædā de ordine & dispositione operis existit quæritio  
subdificilis, num primū id, an secundū debeamus cōstituerē:  
ob eaq; causam operis collocactionē explicant. Porro autem  
libri inscripctionē explanat, quod ea breuiter operis institutū  
cōtineatur. Præterea ad quā potissimū etiā partē referatur

exponunt, ut ad quid ualeat intelligatur. Explicatū igitur est  
sit à nobis, atq; reddita causa, quamobrē hæc præfari Philo-  
sophi soleat, iam tēpus est ad huius operis *πρωτογενεια* acce-  
dere. Insuper igitur hoc loco Porphyrius quinq; quædā  
uoces tradere, quibus res omnes cōprehenduntur, quæq;  
in naturis omnibus cernuntur. Hæc uero sunt, Genus, Species,  
Differentia, Proprium, & Accidēs. Et porro utilis hic liber ad  
Philosophiā. Ea, n. tradit quæ in formis sua ui in sunt, & in  
quibus satis magna uia ad formas cōsuetudinas in sita est. Ad  
his uero quæ ut constet, ac cohæreant formæ efficiunt, demon-  
strationes dicimus. Quæ uobis de demonstratione discerpat,  
quæ ipsa plurimū ad præcipiendā Philosophiā uniuersam  
potest. Demonstratione enim illius extrema cognoscimus,  
Esse autē genuinū hunc libellū, aperta ac dilucida declarato  
elocutio, quodq; in aliis libris quæstionem quæ hoc opere ex-  
plicatur facta mentio sit, ac quod Chrysaorium alloquatur:  
cui cum alios quosdā cōmentarios respondisset, hunc etiā  
hoc quidē tēpore huiusmodi quæmpia ob causam alloqui-  
tur. Præceptor Chrysaorii erat, Porphyrius. Isq; ut ingenias  
disciplinas prætereret, eum rogauit Chrysaorius, ut Aetnæ  
ignes atque incendia percriberet, tumq; perferere abiret. Eo  
tēpore Chrysaorius incidit in Aristotelis Categorias quædā  
quarum ille sententiā cōssequi non posset, p. literas id Por-  
phyrio, qui tū fortē eo in loco diuersabatur, indicauit: rogū-  
tans si quod pollicetur erat de Aetnæ ignibus cōseisset, ad fe-  
ueniet: si n. lecus, introductionē quæmpia cōscriberet, quo  
adiutus Aristotelis Categorias rationē assequeretur. Q uod  
ei cū denegare nō posset Porphyrius, hunc libellū cōscripsit,  
eumq; ex Platonis libris iisdē penē uerbis'haussit. Quibus ex  
rebus genuinum hunc esse Porphyrii librum, perspicit potest.  
Collocatione autē hic liber cæteros omnes ante cedit. Nā si  
ad Categorias Aristotelis præcipiendā uia aperit, quæ in sim-  
plicibus uerbis uerborum: illaq; differēdi rationes sunt in-  
stita: perspicuū est librum, hunc dispositione esse differēdi ra-  
tione priorē. Q uocirca merito illi præponitur. Ac de ordi-  
ne quidem libri satis dictum est. Introductionis uia nomē  
non inscribitur. Atque existit quæstio quamobrē indeterminatē  
ita inscripserit. Obscurū quippe est Grāmaticæ, ne, an Rhero-  
ricæ, an differēdi rationis sit introductio. Dicimus ergo, nos  
præstantes res atque egregias indeterminatē significare sole-  
re, ueluti cum Homerū designamus poetā per excellentiam  
præstantiamq; dicimus. Q uid obstitit ergo quo minus qui  
Philosophiam esset designaturus, infinitū eam nomine per  
excellentiā nuncuparet? Præterea, quod omnes fatentur, in-  
troducūdo artis aut scientiæ aliquid, procul duobus intro-  
ductio est: at Philosophia ars est artium, & scientiarū scientia.  
Qui ergo satis bene poterat qui nos ad illam introductū-  
sus erat, & per eā ad cæteras omnes artes ac scientias (si mo-  
do uera est eius definitio) unius duntaxat artis an introductione  
librum inscripserit? Atque hæc quidē hæcenus. Tres autē  
in partes uniuersum hoc opus distributū est. In quarum pri-  
ma uoces quomodo exponit. In secunda duobus eas modis  
inter se cōmitur, docetq; quid peculiare, quidq; propriū il-  
læ inter se habeant: ueluti, qd sit generi cōmune, quid forme,  
quid proprio, quid differētis, & quid accidētis. In tertia quid  
omnibus inter se cōmune sit. Q uod ante quā aggrediatur,  
principiū libri institutum attingit, eiusq; utilitatem aperit, ac  
modū præceptiōnis explant. Nemp̄ futurum simplicem eū  
atque enucleatum, primāq; accomodatam introductionē.  
Referunt autem hic liber ad Philosophiæ de differēdi ra-  
tione instrumentū: ea enim exponit quæ ad necessariæ cōclu-  
sionis cōducunt initia, cuius genus argumentū est ratione cō-  
clusum, quod copulatq; est orationis species, quodq; rursum  
genus orationem habet. Præterea ad Aristotelis Categorias  
introducūdo, quæ ad differēdi rationē pertinet. Differēdi au-  
tem introductio instrumentum est, nō pars Philosophiæ, ut aliis di-  
cemus.